

TOMUS XXXIV.
MISCELLANEOUM.

~~G.V.f.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-45.

SIGNAT. MDCCCXIII.

6 bände:

DE
FIDE SACRA.

Quæ divinæ asseverationi
adhibetur:

Orthodoxa doctrina comprehensa thesibus;

QUÆ

DEO ANNUENTE

Publicè examinabuntur: ad VIII. diem
Septembr. horis & loco consuetis.

PRÆSIDE

PETRO CALAMINO SACRÆ
Theologiae Doctore & Professore ordinario:

Respondente

M. P. TOSSANO

ARGIMONTANO.



HEIDELBERGÆ,
Apud Abrahamum Smeismannum.

ANNO MDCCXXXIII.



ILLUSTRI ET GENEROSO
DOMINO: DN. LUDOVICO à SEYN
Comiti Witgensteinio, Domino in Homburg,
&c. FRIDERICI IV. Palatini Electo-
ris &c. magno Aulæ magistro &c.
Domino suo clementi.

Non est dubium; tum demum præclare cum rebus humanis agi;
quando iudicium & administratio earum penes illos est: qui
rectè iudicandi, & benè agendi facultatem & voluntatem habent.
Quare cum TE quoque, Illustris & Generose Domine, benignissi-
mus omnium bonorum largitor DEUS, utriusq; doni utraq; vi,
eximie instruxerit atq; ornarit: quemadmodum multa & magna
documenta, quæ publicè & privatim edis, arguunt & demonstrant:
Volui ego hasce Theses, quas exigente officio mihi commissis; DE
FIDE SACRA, ex divinis Scripturis cotextas; pro more Academiæ
hujus, ad disputandum publicè propono; nomini tuo laudatissimo in-
scribere: tum ut aliquod meæ erga te observantiæ testimonium ede-
rem, tum ut Theses istæ, tuo calculo approbatæ, alijs quoq; magis gra-
tæ & acceptæ essent. Tuæ Generositatis & pietatis erit: id quod sim-
plici & candido animo à me fit; benignè interpretari atq; accipere; &
me favore complecti ac prosequi. Sic DEUS Opt. Max. TE & alios
pios ac prudentes Consiliarios & ministros fidos, nostro Illustrissimo,
ac suis: & Illum nobis ac Universæ Ecclesiæ, diu sospites conservet; &
omni bonorum genere indies magis magisque, accumulet. Amen.

Illustr. Generos. Tuæ.
addictissimus.

PETRUS CALAMINUS D.





THESIS PRIMA.

DOCTRINA DE FIDE ut multis difficul-
tatibus est implicita, ita summè utilis maximè-
que necessaria est: Ideo, quo ad eius fieri in hac
cæcitate & infirmitate potest, diligenter inqui-
ri & cognosci debet.

II.

Ne autem ambiguitate vocis decepti erremus, notandum
est, quod FIDEI nomen, non tantum extra Ecclesiam Dei,
sed etiam intra eam, varia significatione usurpetur.

III.

Nunc enim id quo credimus significat, hoc est, notitiã cer-
tam, eamq; vel in genere ex quibuscunq; certis causis existen-
tem^b; vel in specie ex testium veracium asseveratione depen-
dentē^c. Nunc id quod credimus notat, h. e. tum propositio-
nes certas de re aliqua^d, tum rem ipsam certam^e. Nunc id per
quod credimus exprimit, h. e. probationes & firmamenta fi-
dem adstruentia^f. Nunc deniq; Virtutes morales de homi-
nibus^g. aut aliquid his analogũ de DEO^h enunciat, ut di-
etorum factorumq; constantiamⁱ, & in officio fidelitatem^k.

IV.

In hac disputatione usurpatur de notitia certa, quæ ex DEI
asseveratione vel divino verbo existit: illiq; adhibetur.

V.

Ideo discretionis causa, Fides hac Sacra vel Divina nomi-
netur.

VI.

Est autem Fides Sacra in genere notitia^l certa^m, verbo DEI
nitensⁿ, & per illud^o à Spiritu Sancto in ijs qui verbum di-

a 1. Timot. 4.
vers. 16.
Tit. 3. vers. 8.

b Plato de i-
dea boni.

c Ioh. 4. v. 41.

d Symb. A-
thanas. Epist.
Iud. vers. 3.

e Gal. 3. vers.
23.

f Plut. de def.
orac.

g Tit. 2. v. 10.

h Rom. 3. v. 3.

i Cic. lib. 1.

Offi.

k Ter. And.

act. 1. Scen. 1.

l Heb. 11. v. 3.

m Iacob. 1.

vers. 6. Heb. 11.

vers. 1.

n 2. Petr. 1.

vers. 19.

o 2. Par. 20. v. 20.

ROM. 10. v.

17.

U j

vinitus patefactum cognoscunt, accensa, ad DEI gloriam & Electorum salutem^f.

f. Rom. 1. v. 16

VII.

Hæc definitio omnes definiti causas exprimit. Notitia n. certa est forma ejus. Asseveratio vel verbum DEI est materia circa quam, seu Objectum: atq; etiam medium vel organum per quod fides hæc efficitur. Spiritus Sanctus est efficiens principale. Qui verbum DEI cognoscunt, sunt materia in qua, vel Subjectum. DEI gloria & Salus Electorū sunt finalis causa.

VIII.

Notitia esse dicitur hæc Fides; quia credentem ejus verbi, quod credit gnarum esse oportet^c.

c. Coll. 1. v. 3.

2. v. 2. 3.

2. v. 2. 3.

IX.

Id quod omni ignorantia, ac proinde etiam implicitæ Pontificorum fidei, cum mera ignorantia sit; fidei, nedum salvificæ fidei, nomen & omen derogat.

X.

Certa notitia esse definitur, eò quòd assensum eumq; firmum postulet^u.

u. Coll. 2. v.

2. 5.

XI.

Ideo duplex certitudo ad fidem requiritur: Vna quidem in objecto, seu in verbo & re credenda, quam firmam & immutabilem esse oportet. Altera in subjecto, vel in animo credentis, quem ἀμεταπίστον esse necesse est^x.

x. 2. Pet. 1. v.

19.

XII.

Priori certitudine solum DEI verbum objectum & fulcrū fidei relinquitur^z. Posteriori autem, non solum omnis hesitatio & fluctuatio animi, & quacumq; incerta notitia^a, sed etiam Pyrrhonorum quorundam perpetua de sacris rebus σέψις, à fidei & maxime à justificantis fidei ratione excluditur^b.

z. 1. Pet. 1. v. 25

a. Iacob. 1. v. 6

b. Heb. 11. v. 6

XIII.

Etsi autem multiplex ignoratio, error & dubitatio etiam in verè credentibus, semper dum hic vivunt, reliqua manet, & cum fide concurrunt^c: Ea tamen in fidei essentia minime censenda; Sed ejus vitia & contraria estimanda sunt^d.

c. 1. Cor. 13.

Matth 8. v. 24.

d. Iacob. 1.

vcr. 6.

Dei

XIV.

DEI asseveratione niti Fides sacra perhibetur, & in ijs so-
lis, qui verbum DEI cognoscunt, effici pronuntiatur: quia
verbo precipue seu Objecto quod intuetur, & organo per quod
gignitur, non tantum ab alijs certis notitijs, sed etiam à fide
humana, quæ ab hominum autoritate pendet, distinguitur^c.

XV.

Vnde sequitur, quòd primum in THEOLOGIA princi-
pium sit: DOMINVS DIXIT^f: Quòd omnis persuasio &
inductio animi extra DEI verbum facta, ac proinde & tradi-
tionum, de quibus Pontificij & Exorcistæ quidã fabulantur,
apprehensio, nequaquam fidei nomen mereatur^g. & quòd o-
mnes fidei sacre studiosi, verbi divini considerationi incum-
bere debeant^h.

XVI.

Spiritui sancto effectio eius attribuitur: quia non generalis-
sima illa DEI actione, qua omnia creat, conservat, & guber-
nat: sed generali operatione, quam aliqui etiam specialem di-
verso respectu vocant, & qua per Verbum in certis hominibus
efficax est, producitur^k.

XVII.

Quæ limitatio fidem hanc libero hominis arbitrio adimit,
omnesq; tum ad preces, tum ad gratiarum actionem pro fide
exstimulat.

XVIII.

Deniq; ad DEI gloriam & salutem Electorum dari affir-
matur: quia DEUS hosce fines cum in omnibus operibus suis,
tum maximè in iis quæ speciali actione edit, & propositos sibi
habet & assequitur^l.

XIX.

Id quod nos quoq; nostri officij admonet^m.

XX.

Porrò in Scriptura sacra quatuor specierum Fidei sacre mē-
tio fit: ut Fidei Historicaⁿ; Temporaria^o; Miraculorum^p, &
Iustificantis vel salvifica^q.

A ij

III

e 1. Cor. 2. v.
4. 5. 6. 7. 8.

f Ezech. 20.
ver. 19.
Deut. 4. v. 1. 2.

g Rom. 10. v.
17.

Matth. 15. v. 9.

h Deut. 31. v.
21.

2. Tim. 3. v. 14.

i Psal. 33. v. 13.
14. 15.

Gen. 1. v. 2.

k 1. Corin. 12.
ver. 11.

l Prou. 16. v. 4.

Eph. 1. v. 5. 6.

m 1. Cor. 10.
ver. 31.

n Iacob. 2.
v. 19.

o Matt. 13. v.
21.

p 1. Cor. 13. v. 2.

q Act. 15. v. 39.

Rom. 1. v. 16.

XXI.

Etsi autem de appellatione Logica hujus divisionis unumquemque suo sensu abundare libenter patimur: rem ipsam tamen, ipsamque sacra Fidei in hac adeo membra distributionem, ad faciliorem Scripturae intelligentiam atque explicationem, cum primis utilem & necessariam esse judicamus: non tantum quia innumera ferè communium & propriarum sacra Fidei conditionum determinationes & limitationes, quae in Scriptura passim extant, hisce quatuor membris plenissime comprehenduntur, & commodissime ad certam paucitatem rediguntur: Sed etiam quia opposita praedicata & apparentes ἀντιλογίαι, quae in sacris literis de Fide sacra passim occurrunt, horum membrorum distinctione facillime conciliantur: Et eorundem mutua collatione, Iustificantis fidei natura (de cujus cognitione maxime laborandum est,) clarissime perspicitur.

f. Iacob. 2.
ver. 19.
Rom. 5. v. 1.
I. Cor. 13. v. 2.
Galat. 5. v. 6.

XXII.

Species ergo sacrae Fidei, conditionum communium & causarum, quas paulò ante enumeravimus, limitatione & acceptatione diversa, satis clarè discerni possunt.

XXIII.

Primò enim forma limitata seu notitia certa, prout alius atque alius motus & actus ei accedit, illustre discrimen inter fidem Historicam, Temporariam, & Iustificantem facit.

XXIV.

f. Iacob. 2. v. 19. Nam in Historica fide notitia copulatur horror & terror.

XXV.

In Temporaria fide, notitia adjungitur etiam fiducia & expectatio bonorum, sed corporalium tantum: letitia etiam quaedam, sed ex temporaneis tantum causis orta: sicut & professio veritatis, sed quae commoda solum hujus vitae spectat: & nonnunquam opera quaedam externa, boni speciem quandam habentia, sed variè vitiata: Eòque ad tempus tantum haec omnia durant.

z. Luc. 17. v. 13.
u. Matt. 13. v. 20.
vv. Matt. 7. v. 22.
x. Matt. 21. v. 19.
z. Luc. 8. v. 13.

XXVI.

In Iustificante Fide notitia certa immediatè accedit & adiun-

10
jungitur eternorum bonorum applicatio vel acceptio^a, eaq³ fi-
ducialis, h. e. fiduciam pariens^b: quæ non solū terrorem & hor-
rorem à notitia separat, sed etiam letitiæ, professionis, & bono-
rum operum vitia corrigit^c; sinceritatem & constantiam o-
mnibus illis tribuit^d; & multorum aliorum motuū & actuum
bonorum accessione, illa auget^e.

XXVII.

Est igitur applicatio & acceptio hæc, definiēte Christo ipso^f,
cum quisq³ credens confidit, Sibi quoq³ remissa esse peccata: Et
interprete Paulo^g, cum quilibet fide hac præditus, certò persua-
sus est, quod SE quoq³, neq³ mors neq³ vita, neq³ quicquam a-
liud separare possit à charitate DEI, quæ est in Christo Iesu Do-
mino nostro. Vel est iudicium mentis, & affectio voluntatis ac-
cordis^h, à Spiritu sancto; ordinariè per prædicationē verbi^k,
in Electis^l accensa; quibus singuli credentes promissiones ver-
bi & res in eis oblatas, pro summè bonis & necessariis, & SIBI
quoq³ pro summè bonis & necessariis, certò iudicantes, seriò eas
appetunt & desiderant^m; ac sine propria indignitatis & mise-
riæ respectu, certò persuasi statuunt, eas non tantum ad alios
sanctos, ut ad D. Petrum, Paulum & similes; sed etiam AD SE
pertinereⁿ: Cum quo iudicio & affectu inseparabiliter cohaeret
fiducia & alij motus o.

XXVIII.

Fiducia verò est affectio voluntatis & cordis, qua credens
in verbum & res sibi applicatas recumbit, & in eis acquiescit
ac letatur^p.

XXIX.

Porrò applicationem & fiduciam hanc in singulis salvan-
dis, suo tempore, auxilio Spiritus sancti, etiam absq³ Euthusia-
sino & Suvvenckfeldiano afflatu fieri posse, & necessariò fieri;
illustrant & confirmant hæc præcipuè.

XXX.

Primò, experientia omnium verè piorum^q: Vel Syllogimus
Evangelij Practicus. In quo Major propositio sumitur, quan-
do beneficio Spiritus sancti, attentè & seriò cogitamus, & pro-

a Ioh. 1. v. 12.

b Eph. 3. v. 12.

c Rom. 14. v.

23.
Heb. 11. v. 6.

d 2. Cor. 1. v.

24.

e Rom. 5. v. 1.

f Matt. 9. v. 2.

g Rom. 8. v. 18.

h Col. 2. v. 2.

i Eph. 2. v. 8.

k Ioh. 17. v. 20.

l Act. 13. v. 48.

m Psalm. 41.
ver. 2.

Marc. 8. v. 24.

n 1. Pet. 5. 9.

o Eph. 3. v. 12.

p 1. Ioh. 3. v. 21

& cap. 5. v. 14.

q 1. Ioh. 5. v.

19. 20.

certissima veritate habemus historiam de Christo, promissiones Evangelicas, & conditionem annexam, que est, ut promissiones fide applicentur. Tum n. talis propositio existit; Filius DEI & Mariæ Iesus Christus passus est propter peccata, & resurrexit propter justitiam omnium eorum, quotquot vera animi fiducia, hæc beneficia ab eo sibi pollicentur. Minor autem subsumitur, quando per Spiritum Sanctum, Voluntas & cor nostrum conditionem promissioni annexam, nempe fidem seu applicationem beneficiorum Christi, sibi etiam vendicat, fitq; talis Propositio: Ego verè credo; seu fructus passionis & resurrectionis Christi, vero cordis affectu, mihi quoq; polliceor: utcumq; magnâ & variâ infirmitatē in me reliquâ experiar; cui tamen auxilio Spiritus Sancti sedulo resisto; & nihil magis reformido, quàm ne DEVM in promissione credentibus facta mendacij arguam. Ex his præmissis conclusio sua sponte sequitur; ut fructus quoq; seu beneficia Christi promissa, nobis propria vendicemus, hunc in modum: Ergo filius DEI & Mariæ etiam propter MEA peccata mortuus est, & propter MEAM justitiam resurrexit. Atq; ex hac illatione porro sequitur; & cum Conclusionem ista individuo nexu coheret fiducia in DEO acquiescens, pax conscientie, lætitia spiritualis, & similia.

XXXI.

Id quod etiam ab infidelibus aliquo modo intelligi poterit; si consideraverint, hunc Evangelicum Syllogismum, & ipsius ἐπιπέπρωτο esse analogo syllogismo Legis Practico, & ipsius Consequentibus: que vulgò Conscientie nomine significantur, atq; omnibus etiam extra Ecclesiam viventibus aliquo modo nota sunt.

XXXII.

Secundo applicatio hæc sæpe mandatur, ut quoties jubemur credere in Christū; considerare in Domino, sperare in ipsum & in gratiam, que ad nos defertur &c. Quæ quidem omnia applicationē includunt: cum Credere Deo, Credere in DEVM, ita

z Ioh. 3. v. 16.

f Marc. 8. v. 24.
Act. 8. v. 37.

v Ioh. 15. v. 1
Act. 16. v. 31.
vv Psal. 2. v. 12
x Psal. 36. v. 3.
y 1. Pct. 1. v. 13.

ita differant; ut priora duo certam simpliciter notitiam, tertium verò etiam fiduciam significet. Fiducia autem & spes necessario applicationem presupponunt: siquidem nemo in eo fiduciam aut spem locat, quod ad SE quoque pertinere, & SIBI etiam bono esse non statuit.

XXXIII.

Tertiò applicationem hanc finis totius Scripturae & religionis postulat: Qui est, ut firmam & solidam consolationem, in vita & in morte habeamus^z. Ea autem consolatio esse nequit absque applicatione. Sicut enim ignotum bonum non appetitur: ita etiam non applicatum non consolatur.

XXXIV.

Quartò hanc applicationem exempla Sanctorum in Scriptura sibi peculiariter promissiones applicantium docent, ut Abrahami^a, Davidis^b, Pauli^c & aliorum. Ratio consecutionis ex his exemplis varia est: quia una tantum ad salutem est via^d. Et applicatio ab his Sanctis facta non ex peculiari tantum revelatione, sed in primis ex bonitate, misericordia & fide DEI, quam omnibus credentibus promisit, dependet^e. Ac denique haec ipsa fiducia & spei exempla ideò in Scriptura proponuntur, ut ea omnes imitemur^f.

XXXV.

Adversatur haec doctrina Pontificiis, qui applicationem negant fieri posse aut debere, nisi peculiaris atque Enthusiastica revelatio intercedat.

XXXVI.

Applicationem dictam, ad fidem justificantem requiri, atque adeò propriissimum ipsius actum esse: ex sequentibus constat.

XXXVII.

Primò, quia Verbum Credere, quod illius actus, quo justificamur, significativum est, passim in Scriptura permutatur cum verbo Applicare, Accipere, Apprehendere, & similibus^g. Ergo

B

V

z Rom. 15. v. 4

a Rom. 4. v. 18

b Psal. 23. v. 1.

c Rom. 8. v. 38

d Tim. 1. v. 15.

e Act 10. v. 43

f Rom. 4. v. 20.

g Psal. 23. v. 3.

h Rom. 8. v. 39.

i Rom. 4. v. 23

j Gal. 3. v. 6.

k Tim. 1. v. 15. 16

g Ioh. 1. v. 11.

h 12 & cap. 3. v. 32.

i 33.

j Ioh. 17. v. 8.



etiam fides cum applicatione, acceptione, & apprehensione idē significat.

XXXVIII.

h Ioh. 6. v. 54.
47.
Gal. 3. v. 27.
Mar. 16. v. 16.

Secundò, quia Credere Salvificum, sepè nominatur Edere, Bibere, Induere, & similia^h. Quæ cum procul dubio sint applicatio cibi ad edentem, potūs ad bibentem, vestis ad induentem; etiam Fides erit ejus quod creditur applicatio ad credentem.

XXXIX.

i I. Cor. II. v.
24.

Tertiò ab Analogia, quam habet applicatio Symbolorum Sacramentalium ad utentem Sacramentis, cum actu fidei applicantis Christum & ejus beneficia ad credentemⁱ.

XL.

Refutatur his commentum Pontificiorum; qui fidem Iustificantem nihil nisi notitiam esse volunt: Et calumnia; quasi nos quoq; merà notitiã homines justificari & salvari velimus.

XLI.

Secundò etiam materia limitata seu verbum DEI aliud atq; aliud, quod species Fidei sacræ intuentur, conspicuum inter enumeratas Fidei species discrimen constituit.

XLII.

k 2. Pet. 1. v. 19
1. Tim. 1. v. 5.

Nam Fides Historica & Temporaria respiciunt Vniuersale DEI verbum, quod communem salutis rationem tradit; ad omnes pertinet; ac nunc quidem scriptis Biblicis Veteris ac novi Testamenti contentum in Legem atq; Evangelium dividitur^k.

XLIII.

Luca 17. v. 5

Miraculorum verò Fides nititur propriã promissione, de peculiari ac miraculoso eventu: certo aliquo loco & tempore: ad certam personam preces & predictionem: à DEO ipso, edendo: Quæ promissio ex peculiari revelatione dependet^l.

XLIV.

Vnde liquet, eos qui huiusmodi promissionem peculiari re-
vela-

velatione non acceperunt, temerè atq; impiè miracula jactare
& promittere

XLV.

Simul etiam hinc sequitur: Donum miraculorum nequaquam esse vim aut virtutem ipsis hominibus, aut symbolis externis (Velut Mosi, & baculo ipsius) communicatam aut inherentem, quâ miraculosos eventus efficiant, & naturæ ordinem mutant.

XLVI.

Primò, quia fides miraculorum, quæ cum dono miraculorum eadem est, non est hujusmodi aliquid.

XLVII.

Secundò, quia Sancti ipsi fatentur, se non propriâ, aut sibi, aut Symbolis communicatâ vi, sed DEUM & Christum suâ & sibi reservatâ Omnipotentia atq; efficaciâ, ad ipsorû preces, miracula operari^m.

m Act. 3. v. 12.
13.

XLVIII.

Tertiò, si propriâ aliquâ & inherente vi homines vel symbola facerent miracula: utiq; illa vis vel eadem esset cum DEI omnipotenti vi, vel ab ea aliquid diversum esset. Neutrum autem verè & piè affirmari potest.

XLIX.

Quòd enim non sit ipsa DEI omnipotentia, hominibus aut Symbolis communicata: id certum est inde: 1. Quia omnipotentia illa est proprietas DEI, quæ se passim à Creaturis & Idolis omnibus discernit^o. Proprium autem si communicetur, non amplius est proprium; nec potest speciem aut rem illam, cuius est proprium, distinguere ab aliis speciebus & rebus, quibus fit commune. 2. Quia vi illâ, quâ mortui resuscitantur & similia sunt, Deitas Christi in Scriptura demonstratur^p. Quòd argumentû nullum fuerit, si dicatur ea vis etiam ulli rei creatæ competere. Nam à se aut aliunde eam vim habere, non facit discrimen Creatoris & Creature; cum Scriptura simpliciter

o Gen 17. v. 1.

p Rom, 1. v. 4.

ἄπο τῶν ἔχειν argumentetur: & λόγος ac Spiritus sanctus quo-
 que eam à Patre habeant: nec tamen ideo Creatura existimari
 debeant. 3. Quia unà cum potentia illa edendi miracula,
 etiam alia attributa seu proprietates Dei, atque adeò ipsa essen-
 tia Dei, hominibus aut symbolis communicarentur; siquidem
 omnia ista in DEO, utpote simplicissimo, unum ac idem sunt. 4.
 Unde secundum Adversarios, homines vel symbola vim edendi
 miracula habentia, etiam omniscia, ubiq; præsentia, atq; adeò
 Di fuerint.

L.

Quòd autem non sit aliqua vis edens miracula præter uni-
 cam illam Dei omnipotentiam: ex his constat. 1. Quia ejusdē
 est ordinem in natura primò instituire, & institutum postea
 mutare. 2. Quia vis illa esset omnipotens vis seu omnipo-
 tentia. Non. n. nisi tali vi & virtute miracula fiunt. Unica au-
 tem & non plures sunt omnipotentia. Sicut unus non plures
 sunt omnipotentes. 3. Quia potentia illa esset equalis di-
 vine omnipotentia. Creaturam autem ullam vel essentiã vel
 potentiã, aut aliã aliquãre, æqualem Deo fieri, scriptura di-
 sertè negat. 4. Eneruaretur sic quoq; argumentum pro Dei-
 tate Christi & Spiritus sancti, à proprietatibus & operationi-
 bus divinis sumptum.

q. Rom. 1. v. 20

B. Psal. 71. v. 18

f. Gen. 17. v. 1.
Symb. Athan.

t. 1. Paral. 17.
v. 20.

2. Paral. 6. v. 14.

v. Ioh. 10. v. 25

38.

Rom 1. v. 4.

1. Cor. 12. v. 9. 10.

L I.

Concludimus igitur solum Deum propriã & in se manente
 vi, naturã mutare, & miracula edere. Homines verò in mira-
 culis illis solummodo externi operis ministros esse, h. e. miracula
 futura, ex revelatione Dei annunciare; manus egrotis impone-
 re; & similia facere.

L II.

Quod verò ad objectum vel verbum fidei Iustificantis at-
 tinet, præcipuè hæc quatuor observari debent.

I. Et s.

LIII.

I. *Etsi Fides Iustificans, quatenus est simpliciter fides sacra, omni verbo Dei nobis tradito assentitur: proprie tamen & quatenus Iustificans fides est, solam Evangelij doctrinam seu promissionem gratiae, pro objecto, fulcro & fundamento habet, atque eo etiam modo, ab omnibus aliis fidei sacrae speciebus discernitur^{vv}.*

VII
Rom. 1. 17.
Act. 13. 41.
Marc. 16. 16.

vv Ioh. 12. v.
47. 48.
Rom. 4. v. 20.

LIV.

Neque enim ullum aliud verbum applicationis ejus, quae aeternorum bonorum fiduciam parit idoneum, objectum & fulcrum esse potest, Sed sola promissio gratiae vel Evangelij^x.

x Rom. 4. v.
14. 15. 16.

LV.

Hac quippe est, quae gratiam, h. e. favorem Dei gratuitum, & omnia ejus salutifera effecta & dona, videlicet Christum ipsum, atque ejus beneficia omnia, quae & quatenus ad salutem aeternam sunt necessaria, offert atque explicat^y.

y Rom 1. v. 7.
Rom. 5. v. 15.
Act. 14. v. 3.

LVI.

Favor autem ille Dei & effecta salutifera dicuntur gratia: non modo quia gratis, h. e. sine ullo merito nostro conferuntur^z; Sed etiam κατὰ ἐξοχὴν, respectu communis illius favoris & beneficiorum illorum, quibus etiam impios Deus prosequitur^a.

z Rom. 4. v. 4
Et cap. 11. v. 5. 6.
a Eph. 1. v. 6.

LVII.

Qua doctrina refutantur ij, qui fiduciam nostram etiam Lege & legali justitia niti debere docent; & gratiam justificantem, apud D. Paulum, de qualitatibus inherantibus & infusis interpretantur. Sicut & illis hic occurritur, qui à DEO, Christo, & Evangelio, aut tantum, aut praecipue corporalia, terrena & momentanea bona expectant; vel alios expectare aut expectasse volunt.

LVIII.

II. *Fides Iustificans non modo Solam promissionem gratiae & res in ea promissas apprehendit & nobis applicat: Sed etiam Sola Fides haec facit: ita quidem, ut praeter fidem hanc nullum*

B ij



b Heb. 4. v. 2. aliud organum & medium sit, quo vel ipsum verbum^b, vel
c Eph. 3. v. 17. res in eo promissas^c, proximè & immediatè apprehendamus
Rom. 3. v. 28. & nobis applicemus.
Act. 15. v. 9.
Marc. 16. v. 16.

LIX.

Id quod contra eos militat, qui Missam theatricam, Exorcismum baptisticum, oralem corporis Christi manducationem, & similia opera, media applicanda gratiæ esse opinantur.

LX.

Hoc enim facientes dare cogentur: per opera illa applicationem fieri, vel immediatè, vel mediatè. Si prius asserunt, non sola fides hoc modo medium applicationis fuerit: quod tamen
d Marci 5. v. 36. scriptura sacra toties clamat^d, & quidam aduersarii nobiscum defendere videri volūt. Si posterius affirmant, proferant huius sue affirmationis testimonia ex scriptura, quæ conscientis satisfaciāt: cum nostrum non sit præter ea, quæ DEUS tradidit, alia quoque applicationis media fabricari.

LXI.

III. Fides Iustificans promissionem gratiæ, & res in ea promissas omnes indivisè & conjunctim apprehendit, & nobis applicat; ita ut neque verbum ipsum sine rebus; neque res sine verbo, ordinariè^e; neque unam partem rerum absque reliquis omnibus^f, amplecti & nobis propriam vendicare queat.

LXII.

Quæ admonitione erroris convincuntur, cum alij, tum verò illi, qui *νοῦν καὶ σὰρκα* substantiæ seu carnis & sanguinis Christi, absque salutari ipsius efficacia in impiis hypocritis ponunt: qui efficacem pro impiis porcis & canibus satisfactionem Christi, & eorundem in Dei sinum repositionem, absque salute statuunt: qui justificationem absque renovatione naturæ, ulli contingere fingunt: qui denique veræ fidei, conversionis & salutis initium, ab eorundem continuatione & complemento, atque ita
etiam

etiam à perseverantia totali & finali divellunt.

LXIII.

IV. Fides Iustificans etsi & promissionem gratie & universas ac singulas res in ea promissas nobis applicat, atq; iis nititur: aliter tamē atq; aliter in aliis atq; aliis fiduciam collocat: prout nēpe natura uniuscujusq; rei, eā fidei objectū esse patitur.

LXIV.

Fides enim verbum applicat, atq; in eo fiduciam collocat; tanquam in ἐπιπέδῳ seu interpretatione infallibili divina voluntatis ^g. In Deo ipso; tanquam in principali causa, & autore salutis ^h. In gratuito favore Dei; tanquam in causa τῶν ἰσχυρῶν ⁱ. In Christo; tanquam in Mediatore, qui à Deo impetrat & confert salutem ^k. In Christi obedientia; tanquam in causa impulsiva, aut potius impulsivæ rationem habente ^l: & tanquam in formali causa justitiæ ejus, quā in judicio Dei juste amur ^m. In Iustificatione; tanquam in parte aliqua salutis, & ad reliquas necessario requisito ⁿ: quemadmodum & in sanctificatione ^o; quæ præterea & pignus est tum præcedentiū, tum sequentiū beneficiorum ^p. In glorificatione deniq; tanquam in Consummatione salutis ^q.

LXV.

Quæ observatio ad varia utilis est.

LXVI.

Tertiò Efficiens Causa diversimodè considerata, etiam aliquod discrimen inter Species Fidei constituit.

LXVII.

Nam Historicam, Temporariam, & Miraculorum fidem Spiritus sanctus actione generali vel subalterna potius operatur ^r: Iustificantem autem speciali vel specialissima potius; seu sanctificante operatione producit ^s.

LXVIII.

Quartò, Subjectum quoq; seu persona atq; animus, quæ

VIII

g 2. Cor. 5. v. 19.
h Eph. 1. v. 3.
i Eph. 1. v. 7.
k 1. Joh. 5. v. 11. 12.
l Rom. 5. v. 10.
m Rom. 5. v. 9.
n Rom. 8. v. 30.
o 1. Corin. 15. ver. 50.
p 2. Pet. 1. v. 10. 11.
q 1. Cor. 15. v. 54.

r 1. Corin. 12. v. 1. & seq.
Matt. 7. v. 22. 23.
s 1. Joh. 14. v. 17.



fide sacrâ sunt prædita, diversimodè considerata, species fidei distinguunt.

LXIX.

Historica enim & Miraculorum fides t. m. verè piis, tum
t Matth. 7. v. hypocritis cõmunes sunt^v. Temporaria hypocritis propria est^v;
22. 23.
v Luca 8. v. 1. sicut Iustificans solis Electis, suo tempore datur^{vv}.

vv Act. 13. v.
48.

LXX.

Item Historica fides maximè in intellectu sedem suam ha-
bet, & sese ibi exerit, Iustificans in corde^x. Temporaria in ore
z Rom. 10. v.
10. & lingua y. Miraculorum in externis gestibus & symbolis, ad
y Matth. 7. v.
22. eventum miraculosum spectantibus.

LXXI.

Quintò tum finis (nempe Dei gloria & Electorum salus)
per alias species aliter productus, tum effecta specierum pro-
pria, quibus finis ille producitur, species fidei determinant.

LXXII.

Nam per fidem historicam DEUS finem dictum assequi-
tur: dum notitiâ & terrore, fidem hanc habentibus electis, viâ
z Col. 1. v. 9. ad fidem iustificantem sternit^z; reprobis verò ignorantie præ-
a Ezcch. 2. v. 5. textum adimit^a.

LXXIII.

Temporaria fides scopo divino servit; dum alios exemplo &
professione, licet minime sinceris, ad fidem acquirendam exsti-
b Phil. 1. v. 18 mulat & iuvat^b; ut Deus à multis agnoscat.

LXXIV.

Miraculorum fides ad propositum divinum facit: dum edi-
c Psal. 72. v. 18 tis miraculis omnipotentiam Dei illustrat^c; verbum & voca-
d Exod. 4. v. 5. tionem divinam confirmat^d, & de persona atq; officio Christi
5. 8. testificatur^e.
e Ioh. 2. v. 11.
Ioh. 3. v. 36.

LXXV.

Iustificans deniq; fides gloriam creatoris & salutem Electro-
rum promovet; dum Deo veritatis, misericordie, sapientie, po-
ten-

tentia, & aliorum attributorum divinorum laudem tribuit: ^{f Rom. 4. v. 20}
 hominibus autem hanc fidem habentibus, Christum cum be-
 neficiis omnibus applicat: fiduciam ^h, spem ⁱ, latitiam spiri- ^{g supra thesi}
 tualem & pacem conscientie parit: Spiritum sanctum ^l, insti- ^{26. & c.}
 tionem in Christum ^m, iustitiam veram ⁿ, & renovationem ^{h Eph. 3. v. 12.}
 natura ^o, atq; etiam corporalia beneficia ad salutem, impe- ^{i Rom. 5. v. 2.}
 trat: dilectionem Dei ^q & proximi ^r, timorem filialem ^{l Gal. 3. v. 2. 3. 5}
 militatem & patientiam, operatur: omnis generis operibus & ^{m 1. Cor. 6. v.}
 fructibus externis ^v, & in primis confessione veritatis, alios in- ^{17.}
 vat, & Christo lucrificat ^v: ac denique continuationem & ^{n Rom. 3. v.}
 perfectionem horum omnium, & totius salutis prestat ^x. ²⁸

LXXVI.

Sexto & ultimò illustre specierum fidei discrimen à con- ^{o Act. 15. v. 9}
 junctione & disjunctione earum, in eodem homine, peti potest. ^{p Mar. 9. v. 23.}

LXXVII.

Iustificans enim fides historicam semper, miraculorum autē ^{q 1. Ioh. 4. v. 19.}
 fidem non semper, adiunctam habet ^z. Miraculorum fides sem- ^{r 1. Ioh. 4. v. 11.}
 per historicam & temporariam secum habet: Iustificantem au- ^{f 1. Ioh. 4. v. 18.}
 tem non semper ^a. ^{t Rom. 5. v. 3.}

LXXVIII.

Ex iis quæ hætenus de quatuor speciebus Fidei Sacrae dicta ^{v Phil. 1. v. 11}
 sunt, sequentes definitiones desumptæ & constitutæ sunt. ^{vv Ioh. 15. v.}

LXXIX.

Fides Historica est notitia certa historia vel doctrina sacra ^{z Matt. 17. v.}
 quæ notitia sola manēs terrorem inouitit ^b; à Spiritu sancto, ge- ^{19.}
 nerali actione ^c, ordinariè per verbum Dei effecta ^d; ut in Ele- ^{a Matth. 7. v.}
 ctis initium iustificantis fidei existens ^e, in reprobis verò igno- ^{22. 13.}
 rantia prætextum adimens ^f, Dei gloria & electorum saluti ^{b Iacob. 2. v.}
 seruiat. ^{19.}

LXXX.

Fides Temporaria est notitia certa doctrina sacra, tempo- ^{c 1. Corin. 12.}
C

f Rom. 4. v. 20
 g supra thesi
 26. & c.
 h Eph. 3. v. 12.
 i Rom. 5. v. 2.
 k Rom. 5. v. 1.
 l Gal. 3. v. 2. 3. 5
 m 1. Cor. 6. v.
 17.
 n Rom. 3. v.
 28
 o Act. 15. v. 9
 p Mar. 9. v. 23.
 q 1. Ioh. 4. v. 19.
 r 1. Ioh. 4. v. 11.
 f 1. Ioh. 4. v. 18.
 t Rom. 5. v. 3.
 v Phil. 1. v. 11
 vv Ioh. 15. v.
 26. 27.
 x Phil. 1. v. 6.

IX



g Luc. 17. v. 13
 h Matt. 13. v. 20.
 i 1. Corint. 12. ver. 9.
 k 1. Ioh. 2. v. 19. 20.
 l Phil. 1. v. 18.
 m Matth. 17. v. 20.
 n 1. Corin 13. v. 2.
 o Marci 6. v. 7.
 p Act. 19. ver. 13. 14.
 q 1. Corin 12. ver. 9.
 r 1. Cor. 12. v. 27. 28. 29. 30.
 s Matth 7 v. 22. 23.
 t Psal. 72. v. 18.
 u 2. Reg 1. v. 9. 10.
 v Act. 3. v. 13.
 w Esa. 53. v. 11.
 x Col. 2. v. 2. & 5.
 y Ioh. 17. v. 13.
 z Eph. 2. ver. 19. 20.
 a 1. Corin 12. Matth. 10. v. 17.
 b Ioh. 14. v. 17.
 c Act. 13 v. 48
 d Rom. 1. v. 16
 e 1. Cor. 11. v. 25.
 f Mar. 5. v. 36.
 g Rom. 11 v. 6.
 h Rom. 8 v. 32.
 i Eph. 1. v. 6.

ralia tantum bona querens, & professionem ac letitiam, minime sinceram tamen, & plane inconstantem, prestans: à Spiritu sancto generali operatione, per ministerium verbi divini ordinariè effecta, in reprobis, ut per exemplum & professionem ipsorum qualemcumque, veritas Dei latius propagetur, atque ita tum Dei gloria tum salus electorum provehatur.

LXXXI.

Fides miraculorum est notitia certa, de miraculo per omnipotentiam in Deo solo manentem, edendo: per singularem revelationem, à Spiritu sancto, generali actione, in aliquibus visibilis Ecclesie membris, usque tum electis tum reprobis accensa: ut editis miraculis libertas & potentia Dei illustretur; doctrina & vocatio divina confirmetur; & persone atque officio Christi testimonium perhibeatur; & sic tum divina gloria, tum electorum saluti serviatur.

LXXXII.

Fides Iustificans est notitia certa promissionis gratia, quam credentibus applicat fiducialiter: à Spiritu sancto, actione sanctificante, in Electorum cordibus, ordinariè per verbum Evangelij, accensa atque usu Sacramentorum confirmata; ut ea tanquam unico organo proximo & immediato, tum ipsius Christi, tum omnium beneficiorum eius reipso effecti, & permanentes, salutem aeternam atque omnia eodem pertinentia possideant, & Deum in omni aeternitate celebrent.

LXXXIII.

Brevius quidem, sed tamen idem prorsus tradit Apostolus ad Hebraeos: cum fidem justificantem desinit ἐπιζωογονεῖν, ἀντιπαριστασίου, ἀντιπαριστασίου, ἀντιπαριστασίου. Siue enim per ἀντιπαριστασίου, animi presentia, quae in certamine omnibus contrariis resistimus, intelligatur; fides iustificans merito ἀντιπαριστασίου, nominatur: cum multa & magna, quae in spirituali lucta obiciuntur superet: Siue ideo ἀντιπαριστασίου, & quidem sperandarum rerum,

X
rerum, esse intelligatur; quod res eas, & omnes alias, que promissae sunt, etiam absentes ratione loci & temporis, nobis quodammodo presentes sistat, & quasi coram subsistere faciat, & amplectatur: interpretatio ea ad naturam fidei optime quadrat. Sicut etiam ελεγχος inuisibilium iure nominatur, cum de eorum veritate non minus certo imò certius, animū nostrū convincat, quàm sensus visibilia demonstrat, intueatur, apprehendat, & in eis fiduciam collocet.

LXXXIV.

Definitio autem Canisiana^h: quod Fides sit Dei donum & lumen, quo illustratus homo firmiter assentitur atq; adheret iis, que ut credantur divinitus sunt revelata, & ab Ecclesia nobis proposita: duplici nomine vitiosa est. Primum quod ad genus vel formam attinet, que insufficienter, praterita applicatione fiduciali assignatur. Secundo etiam quod ad differentiam vel materiam: cui prater scripturam etiam traditiones humane accensentur.

^h in ipsius Catecheti:

LXXXV.

Fides justificans certitudinem requirit, non notitia tantum vel assensus; cuius supra mentio facta est; sed etiam applicationis & fiducia, de qua nunc agendum i.

i Iacob. i. v. 6.
Rom. 4. ver. 19.
& 20.
Col. 2. v. 5.

LXXXVI.

Sicut autem notitia certitudinem duas quasi partes habere vidimus^k; unam respectu objecti seu assertionis, quam firmam esse oportet: alteram respectu subjecti vel animi, quem firma assensione objectum illud apprehendere necesse est: ita quoque certitudo tum applicationis tum fiducia quasi bipartita est.

^k Thesi. 11. 12.

LXXXVII.

Ac de priori certitudinis parte, que promissionis & rerum promissarum est summa constantia & immutabilitas, alibi disseritur^l. Posterior tantum, que est animi applicantis

^l In loco de Scriptura,

promissionem, atq; eâ nitentis τὸ ἀποφασίᾳ, hîc considerari
debet.

LXXXVIII.

Ea igitur rursùm duplex est, Vna de presenti gratiâ, quòd
nempe nunc Deus nos diligit in dilectò. Altera est de futura,
atq; adeò de perpetua gratia, quòd nimirum Deus etiam in
posterum, atq; adeò in æternùm, nos in eodem dilectò
dilecturus sit; ita ut ab eius dilectione nunquam quicquam
nos divellere possit ^m.

m. Rom. 5. v.
8. 9. 10.
Rom. 8. v. 1. &
39.

LXXXIX.

Vtraq; hæc certitudo ad fidem Iustificantem planè requiri-
tur: propter has præcipuè causas.

XC.

Primò, quia neutra certitudo absq; altera esse potest, h. e. non
possumus esse certi, quòd Deus nunc nos diligit; nisi etiam cer-
ti simus, quòd in posterum quoq; atq; adeò in æternum
nos dilecturus sit: & contra.

XCI.

Ratio consecutionis multiplex assignari poterat: sed maxi-
mè illustria sunt, quæ à Dei immutabilitate, omniscientia, om-
nipotentia, & à natura primæ causæ arcessuntur.

XCII.

Cùm enim DEVS non tantùm secundum essentiam suam,
sed etiam quod ad voluntatem suam attinet, sit immutabi-
lis ⁿ: ab æterno in æternum semper, eodem modo erga nos affe-
ctus fuit; est; & erit ipse; licet in nobis & in rebus quæ extra
nos sunt, mutationes varias vel ipse faciat, vel à nobis aut
aliis fieri permittat: quas tamen ipsas quoq; immutabiliter
prius decrevit vel facere vel permittere ^a.

n. Num. 23. v.
19.
1. Sam. 15. v. 29.
a. Ief. 14. v. 27.
& cap. 46. v. 10.

XCIII.

Deinde cùm sit omniscius, & omnia quæ sunt, quæ fuerunt,
& quæ

XI
Et quæ futura sunt, semper ut sibi præsentissima intueatur: nihil unquam accidere potest, quod illius gratiam aut odium, aliquando nobis conciliet, quin semper idem præstet^b. Ideò si à diversis actionibus nostris, quæ diversis temporibus eveniunt, diversi affectus in DEO erga nos, existerent: etiam à diversis istis actionibus, diversi isti affectus, eodem tempore, atq; adeò semper, in DEO existerent. Ita verò contrariæ voluntates in DEO simul statuerentur. Quod cum sit absurdissimum: semper eadē voluntas erga nos in DEO concedenda est: quæcumq; etiam mutationes tum in nobis, tum circa nos eveniant.

b Ief. 44. v. 7.
Psal. 147. v. 5.

XCIV.

Præterea cum sit Omnipotens, ipso volente nos servare nihil accidere poterit, quod salutem nostram impediatur^c. Si ergo nunc nos servare vult, & gratiã suã prosequitur; quid nos à charitate illa Dei unquam separaverit^d? Nisi fortè aut nunc minimè serio nos salvos velit: aut voluntatem suam seriam implere non possit. Quorum utrumvis, de DEO vel cogitare impium.

c Genes. 17.
ver. 1.
Psal. 115. v. 3. 135.
ver. 6.
d Rom. 8. v.
35.

XCV.

Deniq; cum DEVS sit prima omnis boni causa: certissimum est; quod nos non ideò gratia sua prosequatur, quia credimus & convertimur; sed contra, quod nos ideò credamus & convertamur, quia is ex gratia seu ex favore gratuito nobis hoc largitur^e. A quo igitur initium fidei, conversionis & gratiæ habemus: ab eodem etiam continuationem eorundem certò expectare debemus, & per gratiam ipsius possumus^g, cum dona ipsius sint ἀμετάλητα^h. Aut, si de continuatione certi esse nec possumus nec debemus; etiam de initio certitudo nulla haberi potuerit: aut debuerit; cum dona ipsius sint ἀμετάλητα.

e Act. 17. v. 25.
28.
Ier. 31. v. 3.

f Eph. 1. v. 3.
4. 5. C. 2. v. 1. 2. 3.
4. 5. 6. 7. 8.
g Philip. 1. v.
6. Ioh. 15. v. 16.
h Rom. 11. v.
29.

XCVI.

Secundò etiam ideo utramq; certitudinem fides iustifi-



i Marc. i. v. 15.
k Psal. 37. v. 3.
l. Pet. i.

cans requirit; quia utramq; DEUS serio mandat; dum non tantum fidem sed etiam spem precipit. Sicut enim fides presentem; ita spes futuram gratiam respicit, & in ea fiducia collocat.

XCVII.

l Philip. i. v. 6
Ioh. 15. ver. 16.
Esa. 46. ver. 4.
Esa 54. v. 10.
Matth. 12. v. 20.
Ier. 42. i.
m Rom. 15.
ver. 4.

Tertio, utraq; certitudinem nobis Deus prestare promisit.

XCVIIX.

n Ioh. 10. v. 28
Ioh. 3. v. 36.

Quarto, Consolatio vera & firma, quae scopus est fidei & pietatis ac religionis totius Christianae, sarta tecta esse nequit, nisi utraq; certitudo conjungatur. Siquidem bonum illud nos parum consolatur, de cuius amissione semper solliciti esse cogimur.

XCIX.

Quinto, Ideo in symbolo profiteamur, nos vitam aeternam, non momentaneam, horariam, triduanam, menstruam aut

n Ioh. 10. v. 28
Ioh. 3. v. 36.

annuam, credere.

C.

Contra priorem certitudinem, quae est de presenti gratia, directe pugnat Pontificiorum dogma: quod jubet homines dubitare, an apud Deum sint in gratia: nisi peculiari, h. e. Enthusiastica revelatione certi reddantur.

CI.

o Mar. i. v. 15.
Iacob. i. v. 5
p Ier. 31. v. 33
34.
q Rom. 15. v.
4.
r Rom. 5. v. 1.

Quam quidem in toto pectore execrari ac detestari debemus; cum disertum mandato Dei, quod credere, non dubitare jubet, adversetur: promissioni divinae fidem promittenti, fidem adhibere recuset: DEUM ipsum mendacium arguat: consolationem in vita & in morte, h. e. Scopum totius Christianismi aboleat: pacem conscientis subtrahat; & horribilem carnificinam reponat: a verbo patefacto abducatur: ad Enthusiasmum remittatur: & denique totius Enthusiasmus & nundinationis Papisticae principis quidam nervus sit.

CII.

Posteriores autem certitudinem applicationis & fiducia, nempe eam quae est de futura & perpetua gratia, tollunt ij, qui sanctorum perseverantiam h. e. continuam & finalem permā-

XII
sionem in fide, in conversione, in communionem Christi & beneficiorum eius, in Ecclesia sanctorum, in favore DEI: & vicissim Dei, Christi ac Spiritus sancti inhabitationem perpetuam, in conversis, dubiam faciunt: atq; affirmant etiam verè conversos, non rarò ex propria infirmitate, ex hostiù & calamitatum vi, & ex permissione Dei, peccatis magnis fidem & pœnitentiam omnem amittere; communionem Christi & beneficiorum eius penitus deperdere; à communionem Sanctorum prorsus recedere, Spiritum sanctum planè excutere, atq; ita etiam favore Dei omni, & beatitudine cœlesti, simpliciter excidere, & in aternas pœnas, in quibus pereant, ruere.

CIII.

Verū enim vero, nos sanè istis hominibus facile concedimus: in sanctis quoq; non solum magnas reliquias originalis mali, semper quo ad hîc vivunt, remanere: sed etiam Deo sic justis atq; optimis de causis permittente, multa actualia delicta, à sanctis illis cõmitti: eaq; nō ignorantia tantum & cõmunis infirmitatis sed etiã peccata cõtra conscientiam magna & enormia.

f Rom. 7. v. 19
22. 23.
Galat. 5. v. 17.
t Rom. 7. v. 19
v Gen. 8. v. 20
Gen. 19. v. 30.
2. Sam. 12.
Matth. 26. 30.

CIV.

Deinde quoq; largimur, sanctos peccatis illis omnibus & singulis hoc mereri, ut DEUS eos propterea planè deserere, & in aternas pœnas abijcere, iustissimè posset, si secundum strictã iustitiam suam cum eis agere vellet.

vv Deuter. 9.
ver. 20.

CV.

Denique etiam illud damus, sanctos lapsibus singularibus, multa diuini erga se favoris signa & effecta amittere, atque ira indicia & effecta sibi attrahere: dum non tantum multorum communium donorum, jacturam prorsus faciunt, sed etiam propriorum donorum, (qualia sunt fides salvifica, spes sincera, & charitas minimè fucata,) fervorem ita restinguunt, ut dona ipsa penè extincta, tum habentibus, tum aliis, sepe videantur, nullãq; appareant, ut externe salutis atque incolunitatis damnum, Et attractionem tragicarum calamitatum,

x Psal. 89. v.
31. 32. 33.
z Mar. 4. v. 25
a 1. Thess. 5. v.
19.
Eph. 4. v. 30.

b 2. Sam: v.
19:10, 11, 12.

ac sinistram apud alios de ipsis opinionem tacitus praeferam b.

CVI.

Interim tamen ex scripturis hac quoque discimus & profite-
mur.

CVII.

c 1. Ioh. 3: v. 9.

Primò, quòd sancti, quando etiam contra conscientiam peccant, hoc tamen non faciunt ex affectata malitia: Sed ex infirmitate; eaque magna quidem; infirmitate tamen^c. Non ex consilio destinato & pertinaci; Sed ex affectu & impulsione animi vehementi. Non ex odio & fuga Dei; sed ex amore aut odio inordinato aliarum rerum. Non cum studio agrè faciendi

d 1 Ioh. 5 v. 18

Deo; sed ut aliquod apparens bonum consequantur, aut malum effugiant^a. Nec secundum totum hominem: sed solum-

e Rom 7. v.
20, 21, 22, 23.

modo secundum carnem quâ nondum regeniti sunt^c. Ideoque in peccatis minimè perseverant; sed vel tandem ad sanio- rem mentem redeunt; & seriam pœnitentiam agunt^f.

f Psal. 50.
Matth. 26, v. 75.

CVIII.

Secundo asserimus; Sanctos in talibus peccatis amittere effecta multa & magna favoris Dei: non tamen ipso favore

g Ier. 54, v. 10
Rom. 8: v. 35:

Dei, quo eos in dilecto complectitur, penitus excidere^b. Peccata etiam ipsorum non minùs quàm infidelium, imò magis etiã,

h 2. Sam. 12. v. 9
10. 11. 12

à DEO haberi odio: & propterea personas etiam graviter sepe affligi, ac castigari^h: ipsas tamen personas fidelium, nunquam

i 2 Sam. 7. v.
14
Psal: 89
Ier: 31, v. 40

à Deo planè abijciⁱ; sed hinc quoque valere illud: Sit licet in natos facies austera parentis: Aequa tamen semper mens est & amica voluntas. Donis multis & magnis conversos sepe pri-

k Mar. 4. v. 25.

vari; sed vel communibus tantum, non propriis donis^k; vel gradibus saltem aliquibus, seu ardore priorum donorum non autem ipsis propriis donis omninò & planè eos exui^l &

l Psal. 51. v. 10.
13. 14.

nudari^l. Nò apparere aliquando in eis fidem & pœnitentiam; semper tamen aliquod semen & aliquam ejus scintillam in

m Lucæ 22.
32.

ipsis residere^m; sicut sub cinere sepe igniculi; in arboribus hyemali tempore vita; sub nubibus Sol, cœlo pluvio, latet: licet non conspiciatur. Destitui pios interdum evidenti & conspi-

n Ioh. 2. v. 25. 27.
1 Ioh. 3. v. 9.

cua

qua gubernatione Spiritus sancti : non tamen in habitatione
ejus spoliariⁿ. Permitti eos cribrandos Satanæ: non autem pla-
nè deseri à Deo^o. Castigari eos à Domino sed non morti æternæ
tradi^r. Cessare ipsis nonnunquam confessionem in ore: non ta-
men desinere fidem in corde^q. Excindi eos ad tempus à visi-
bilis Ecclesia societate; nunquam tamen à communionem Chri-
sti & sanctorum spirituali prorsus excludi^s.

n Ephes 4. v.
30.
Iohan 14. v. 16.
o Psal. 37. v.
24.
Ief. 46. v. 4.
p Psal. 117. v.
18.
q Veteres de
Petro & aliis.
r Ioh. 15. v. 2.
1. Ioh. 2. v. 19.

CIX.

Tertiò affirmamus; id omne (quòd nempe non toti peccant;
dona spiritualia penitus non amittant; & gratiâ Dei prorsus
non excidant) id inquam fieri non merito aut viribus & in-
dustria ipsorum conversorum; non clementia & segnitie ho-
stium; non alia hujusmodi ex causa: Sed ex æterno & immu-
tabili favore Dei; quo eos in Christo ante jacta mundi funda-
menta complexus est^f: ex merito & intercessione Christi^t: ex
ejusdem fidei pro ovis suis cura atq; omnipotenti d fensio-
ne^v: ex Spiritu sancto, semper cum electis manente^{vv}: ex se-
mine deniq; incorruptibili, radices in sanctis agente^x.

f Eph. 1. v. 4. 6.
2. Tim. 2. v. 19.
Rom 8 v. 30.
t Gal. 2. v. 20.
Rom. 8. v. 29 &
34.
Ioh. 17. v. 20.
v Ioh. 10. v. 28
vv Ioh. 14. v.
16.
x 1. Pet. 1. v. 3
4 5. 23.
z 2. Tim. 2. v.
19.
a Act 14. v 16
Rō. 11. v. 33. & c.
b 1 Ioh 3. v 9.
& cap. 5. v. 18.
Matth. 24. v 24
1 Pet. 1 v. 5.
c Act. 27. v. 30.
d 1 Ioh 3. v 9.
e Ioh. 14. v. 17

CX.

Ac ut rem hanc totam in pauca conferamus; triplex præ-
cipuè discrimen, inter verè renatos cum peccant, & inter hy-
pocritas vel impios reprobos, secundum scripturam agnosci-
mus. 1. In DEO & Christo propositum æternum, con-
versos servandi ad vitam æternam^z. Cum contra reliqui, ju-
sto & inpervestigabili consilio, in peccatis & morte (in qua
mala ipsi sese precipitarunt) relinquuntur^a. 2. In verè piis
semper certa est fides, & pœnitentia finalis^b; cum reliqui in
peccatis suis perpetuò perseverent^c. 3. In ipsis peccatis pœj
semper retinet aliquod semen veræ fidei, & conversionis d:
quod reliqui nunquam accipiunt^e.

CXI.

Quare doctrinam illam, qua de futura & perpetua gratia
scrupulum iniicit, non minus quàm è πονηρῶ Pontificiam, de
presenti favore Dei, ex porticu Solomonis eliminandam esse,



f Thef. 90. non dubitamus: cum propter mutuam utriusq; dubitationis
 coherentiam, hac illam pontificiam stabiliat: non minus atq;
 illa D. E. O. suam immutabilitatem, omniscientiam, omnipoten-
 g Thef. 92. 93. tiam, & primæ causæ proprietatem suspectam reddat: man-
 h 1. Pet. 1. v. 13 dato ipsius ad versetur: promissionem in dubium vocet: con-
 i Phil. 1. v. 6. solationē labefactet: conscientias turbet: partes officij Chri-
 k Rom. 15. v. 4. sti alias ab aliis, & promissionis gratiæ unam à reliquis, &
 l Rom. 5. v. 1. m Ioh. 10. v. 28. initium à consummatione salutis; quæ necessariò coherent,
 28. Ioh. 6. v. 39. n Matth. 12. v. 20. Ioh. 15. v. 16. discerpant, divellat, ac separet: & multa scripturæ dicta p. effre-
 ni audacia corrumpat atq; inficietur.

CXII.

o Phil. 1. v. 6. Fidei Iustificantis *ἡνωσις* sunt tria precipuè. 1. Sen-
 p Ioh. 10. v. 28. sus ipse conscientia nostra; cum credens in seipsum descen-
 2. Tim. 2. v. 19. Rom. 8. v. 30. Rom. 11. v. 29. dens, & mentem, voluntatem ac cor suum explorans; experi-
 tur; se agnita promissioni gratiæ verè assentiri; eam & res ibi
 q 2. Cor. 13. v. 5. propositas, seriò desiderare; & quòd ad se quoq; pertineant,
 r Rom. 7. v. 17. planè statuere. 2. Lucta assensionis cum dubitatione, &
 25. fiducia cum diffidentia: quæ in sanctis toto vitæ huius tempo-
 re, reliqua manet. Cum enim omnis lucta sit inter contra-
 ria: hinc manifestò conspicitur: tales athletas non prorsus ani-
 males, sed etiam aliqua ex parte spirituales esse. 3. Effecta:
 veræ fidei, quæ sunt, tum interna, ut pax & letitia spiritualis,
 dilectio Dei & proximi, propositum obediendi Deo sine ex-
 ceptione & c. tum externa, ut omnis generis bona opera secun-
 dum utramq; Decalogi tabulam.

f 1. Ioh. 1. v. 7. Iacob. 2. v. 17. 18. 20.

CXIII.

Ex his igitur notis de nostra fide certi esse; de aliorum au-
 t Phil. 1. v. 6. 7. tem fide benè sperare; possumus & debemus.

CXIV.

Confessio fidei est ostensio nostræ sententiæ de sacris rebus,
 ex Scripturis divinis certò hausta; pro ratione officij, dono-
 rum, ac reliquarum circumstantiarum facta, & ad Dei glo-
 riam atq; aliorum ædificationem directa.

Hæc



Hac Confessio est ab omnibus credentibus edenda. 1. propter mandatum Dei^v: 2. propter promissionem presentia & auxilij divini in confessione & persecutione^{vv}. 3. propter necessariam coherentiam fidei & confessionis^x. 4. Ut propagatione veritatis gloria Dei illustretur^y. 5. Ut electi lucrifiant^z. 6. Ut reprobi inexcusabiles reddantur^a. 7. Ut donorum usu bono, ipsa dona incrementum sumant^b. 8. Propter fidelitatem, atrocitatem & penas abnegationis & dissimulationis^c.

v 1. Pet. 3. v. 15.
vv Matth. 10.
v. 19. 20. 29. 30
31.
x Psal. 116. v.
10. Rom. 10. v.
10.
y Matt. 5. v. 16
z Luca 22. &
32.
a Ezech. 1. v. 5
b Matt. 25. v.
29.
c Matt. 10. v.
28. 32.

CXVI.

Fides, spes, & Charitas seu Dilectio, qua nos diligimus, conveniunt: quod sint virtutes Theologicae, in animis Electorum, à Spiritu sancto sanctificante, per Dei verbum ordinariè accensa, ac perpetuò inseparabiliter cohæreant^d.

d omnes partes thes. huius probatae sunt supra thes. 82.

CXVII.

Charitas tamen à reliquis duabus differt. 1. Objecto proprio: cum Fides & spes beneficia Dei nobis in Evangelio promissa intueantur, usque nitantur: Charitas autem seu Dilectio ipsum Deum, communionem cum ipso, & voluntatem ejus, prout cum in Evangelio tum in lege atque operibus divinis patefacta sunt: tanquam summè bona per se, & propter se maxime prosequatur^e. 2. Forma propria. Fides enim & spes nobis à DEO oblata & data accipiunt. Charitas autem nos & nostra omnia offert & reddit Deo, & tum nos tum nostra, ab ipso acceptari cupit^f. 3. Ordine existendi. Charitas enim ex fide & spe, non hæc ex illa oriuntur^g. 4. Effectis propriis. Fide enim justificamur^h; spe salvamurⁱ; Charitate autem nos iustificatos & salvandos scimus ipsi^k, atque operibus ejus alijs demonstramus^l. 5. Duratione. Fides enim & spes in altera vita cessabunt; quando credita & sperata coram videbimus, & possidebimus. Charitas autem tum demum verè perficietur^m.

e Deut 6. v. 5.
6. 7.
f Rō. 12. v. 1. 2.
g 1. Ioh. 4. v. 10.
19.
h Rom. 3.
i Rom 8 v. 24
k 1. Ioh. 3. v. 14
l 1. Ioh. 3. v. 7.

CXVIII.

Fides autem & spes, etsi propter summam similitudinem

m 1. Cor. 13. v. 8. 10. & c.



& coherentiam perpetuam, nonnunquam permutantur, &
 pro iisdem habentur: proprie tamen differunt. 1. Objecto
 proprio. Fides enim in verbo res etiam preteritas & presen-
 tes, licet quoad tempus solummodo presentes, absentes vero
 quod ad locum: aut hoc modo etiam presentes quidem,
 sed tamen invisibiles: aut futuras etiam, sed ut aliqua
 ratione presentes apprehendit. Spes autem sola futura, &
 Heb. 11. v. 1. ut futura amplectitur, iisq; nititur. 2. Forma propria. Fi-
 des enim est applicatio efficiens fiduciam. Spes autem est fiducia
 illius per fidem effecta pars quaedam, nempe fiducia que futura
 Col. 5. v. 5. bona expectat. 3. Ordine existendi. Fides enim causa est
 Rom. 5. v. 4. spei: ac proinde illa quam hæc prior est: saltem ordine nature.

CXIX.

Collatio triumistarum Virtutum utilis est, non tantum ad
 clariorem singularum intelligentiam: Sed etiam ad refutatio-
 nem tum eorum, qui certitudinem de futura gratia, à certitu-
 dine presentis favoris Dei divellunt, h. e. qui spem à fide sepa-
 rant: tum etiam profanorum, qui charitatem seu dilectionem
 Dei, & cum hac coherentem proximi dilectionem, à spe & fide
 abesse posse sibi persuadent: tum deniq; Pontificiorum, qui dile-
 ctionem fidei formam; & fide priorem, absurdissimo & bla-
 sphemo commento docent.

CXX.

DEO jure gratia aguntur, pro repurgata & illustrata hac
 Fidei sacre doctrina; atq; eidem merito vota sunt, ut eam ad
 posteros quoq; nostros puram in violatamq; conseruet; & tum
 nobis, tum posteris, salutarem ejus usum largiatur: quò finem
 fidei nostre, h. e. anime eternam salutem, assequamur: per I E-
 S U M Christum benedictum in secula. AMEN.



Thes xxxii linea quarta lege: cum credere DEO, credere
 DEUM, & credere in DEUM.

Umg. VI 45


ULB Halle 3
002 379 767



s. b.


WDA





B.I.G.

Farbkarte #13

DE
FIDE SACRA.
Quæ divinæ asseverationi
adhibetur:
Orthodoxa doctrina comprehensa thesibus;
QUÆ
DEO ANNUENTE
Publicè examinabuntur: ad VIII. diem
Septembr. horis & loco consuetis.
PRÆSIDE
PETRO CALAMINO SACRÆ
Theologiæ Doctore & Professore ordinario:
Respondente
M. P. TOSSANO
ARGIMONTANO.

HEIDELBERGÆ,
Apud Abrahamum Smeßmannum.
ANNO MDCCXIII.

